

Mortui peccatis, gratia estis salvati.

Léctio Epístolæ beāti Pauli apóstoli
ad Ephésios

2, 4-10

Fratres:

⁴ **D**eus qui dives est in misericórdia,
propter nímiã caritátem suã, qua diléxit nos,
⁵ et cum essémus mórtui peccátis,
convivificávit nos Christo — grátia estis salváti —
⁶ et conresuscitávit
et consedére fecit in cæléstibus in Christo Iesu,
⁷ ut osténderet in sæculis superveniéntibus
abundántes divítias grátia suæ
in bonitáte super nos in Christo Iesu.
⁸ Grátia enim estis salváti per fidem;
et hoc non ex vobis, Dei donum est:
⁹ non ex opéribus, ut ne quis gloriétur.
¹⁰ Ipsíus enim sumus factúra,
creáti in Christo Iesu
in opéra bona, quæ præparávit Deus,
ut in illis ambulémus.

Verbum Dómini.